

MYSTERIUM NATIVITATIS

BEATISSIMÆ VIRGINIS MATRIS DEI MARIÆ.

MONITUM.



Difficultas, quam experiantur Concionatores in separanda Nativitate Beate Virginis ab immaculata eiusdem Conceptione, efficit, ut alii utrumque hoc *Mysterium* confundant; alii mutato tantum nomine Conceptionis, vel Nativitatis eodem utantur sermone pro utraque solemnitate, quam diversis temporibus celebrat Ecclesia; alii denique non inveniunt tantum copia, quantum satis sit, ut materiam suppediet sermone specifico, & omnino distincto ab alio alterius argumenti, excoriant in devotionem Sanctæ Virginis, ubi Auditorem preparaverunt per exordium, sperantes majorem inde fructum percepturos. Vidi equidem eandem difficultatem, que invenitur in elucubrandis duobus diversis sermonibus in duo argumenta, que tantam invicem habent rationem, & cuius alterum ex altero consequitur. Invenit quoque in collegenda tanta verum suppellectile, quanta sufficeret duobus rite exornandis omnino diversis; sed ne crambe recocta fastidium creet, ad usus sum, 1. ubi coactus sui eandem proferre sententiam, vel eandem exponere veritatem, alii ubi vocabulis, eamque magis propriam efficeret, atque aptare *Mysterio* de quo agitur. 2. Fugis de his loqui, que precipue ad illud pertinent. 3. Si minus occurrit quod necesse est ad replendum sermonem prolixum distinctum seu quod attinet ad ipsum *Mysterium*, seu ad *Moralem*, & ad animadversiones, ut fiat didascalicum, suppleri poterit per ea, que in titulo superiori in medium protulimus.

PARAGRAPHUS PRIMUS.

Multiplex Sermonum Synopsi huius argumenti.

I. *Primogenita ante omnem creaturam.* Eccli. 24. Quin in antecessum memoremus alia Sanctæ huius Virginis *Mysteria*, fert animus unice in Nativitate illius immorari, atque inter cetera felicissime huius Nativitatis privilegia illud persequi, quod in Principium virorum natiuitate spectabilis est, jus videlicet primogeniti, nobis exhibendo Mariam tamquam creaturam omnium primogenitam. *Primogenita ante omnem creaturam.* Hoc unum est ex præstantissimis ealogiis, quibus Scriptura Sapientiam extollit, & quod Ecclesia tribuit gloriose Dei Genitrici; quod elogium, & prærogativa nunquam melius illi convenit, quam die ipsa Natiuitatis eiusdem. 1. Huius sententiæ titulos, & jura in prima Sermonis huius parte probabimus; 2. in altera vero videbitur bona, que hinc illi cedunt, & in quorum spem nos quoque erigi possumus. Pars prima. Maria est primogenita ex puris omnibus creaturis. 1. Quia ab æterno comprehensa in primo illo Consilio, in quo Filius ejus in Dei intellectu: cum enim secundum plurimum Doctorem sententiam nominis propter hanc Filium creata fuerit, & sine eodem nunquam fuisset: profecto cum Filius iste primogenitus fuerit ex omnibus fratribus suis, quo nomine Sanctus Paulus eum vocat, videlicet primus prædestinatus, primus, in quem respexit Deus, ut illum præponeret omnibus operibus suis, tamquam ceterorum amplissimum, perfectissimum, & præstantissimum; Maria, que illius Mater erat futura in eodem Consilio fuit procul dubio comprehensa. Hinc sequitur, Sanctus Augustinus inquit, sicuti negari non potest Salvatoris prædestinatio, quia simul illius quoque negetur Incarnatio, & quicumque huius *Mysterii* fidem recepit, credere tenetur, Jesum Christum Filium Dei esse Mariæ filium, opus est, non deesse ordinem inter duas hæc Natiuitates, & cum altera sit destinata propter alteram, utramque comprehensam fuisse in ordine eodem consiliorum Dei. Maria ergo primogenita est ante omnem meram creaturam, tamquam primum obtinens locum post Filium suum in Dei cogitatione. Ita antequam nasceretur in tempore, ab æterno jam nata erat in Dei ipsius intellectu, que prima vita est, quam habet creata, ut dilectus inquit Discipulus. Quod si cogitavit de Maria Deus ante omnia propter illum, qui nasciturus erat ex illa, & fronsium suum fervant ordinem in hoc intellectu secundum singulorum excellantiam, dispositionem consiliorum Dei, & ministerium, cui destinantur; quisnam certare poterit cum illa de jure primogeniti, nisi certare velit cum Filio Dei eiusdem, qui ex illa nasciturus est? Ostendendum est deinde, quam augustus sit iste titulus, & quam singularis ista prerogativa, monstrando, quomodo illam fecerat inter meras creaturas, non solum distinctione conditionis, & dignitatis, aliique dotibus spiritus, & corporis; sed etiam secundum Alberti Magni sententiam, per ordinem omnino peculiarem; & licet non sit illa speciei alterius, ac nos, tamen peculiarem in gratia speciem constituit. 2. Primo huic titulo, qui probat gloriosam Virginem esse primogenitam, & qui desumitur ab æterna illius Natiuitate, alter subnectendus est, qui recentior quidem est, non iteo tamen minus authenticus, & probatus. Hunc desumimus ex temporali Natiuitate, quam hodierna die celebramus, & cum Sancto Joanne Damasceno, dico Mariam dignissimam esse, que vocetur omnium creaturarum primo-

genita, quia propius attingit Verbum Incarnatum, cuius intra paucos annos Mater futura est: *Operabat*, inquit ille, primogenitam in lucem ede, qui verum omnium conditorem primogenitum paritura erat. (Sermon de Nativitate Virginis.) Ratio est, quia Natiuitas Filii Dei incipit in illa Mariæ, sicut S. Ildephonus ait: in qua ejus est incunabula Natiuitas. Non dicit solum ipsam unice natam fuisse pro illo, sed ipsum oriri incepisse in ejus persona per archam æternitatem, & necessariam, quam ipsa habuit cum illo, non secus ac aurora, que non solum diei adventum prænuuntiat, sed illum etiam incipit. Hac mente cant Ecclesia, Natiuitatem illius atulidæ gaudium universo Mundo: quod enim aquius habere poterat lætitiæ argumentum, quam videndo tenebras, quibus terrarum orbis involutus erat, dissipari, Cælum aperiri, ut mitteret in terras Optatum genitibus, ac recipere tandem in Natiuitate Matris certam spem adventus Filii, non diu cunctaturi, quandoquidem alterius adventus erat dispositio ad alterum, vel potius pignus erat certissimum alterius. Maria ergo æquissimo jure est primogenita ante omnes creaturas, quia in lucem editura est Creatorem, & Patrem secularum futurorum, &c.

Pars altera. Postquam legitimis intuiti sumus titulos, quibus inniturus sui primogenitæ ante omnes creaturas, videnda modo sunt privilegia huic juri inhærentia, que aliquam habent rationem cum illis, qui sunt primogeniti in Familiis, que nitent generis nobilitate, & loco, quem obtinent in Mundo. Ab ipsis rerum primordiis, & apud omnes populos semper habita ratio fuit eorum, qui erant primogeniti præ actu minoribus, & quamvis consuetudo variaverit secundum varias Regnorum, Regionumque leges, nullus tamen locus est, in quo non adjudicet jus aliquod peculiare præ reliquis fratribus. Deus ipse auctoritate sua probare voluit hanc consuetudinem in lege, quam dedit populo suo, ubi videmus paternam benedictionem, & meliorem hereditatis partem primogenitis cessisse, & in ipsi familiæ decus, & incrementum collocari. Quod autem ratio, & jus gentium in natura constituerunt, hoc videtur Deus in gratia tamquam sibi legem proposuisse; quibus postis dico, gloriosam Virginem, cum sit rerum omnium mere creaturarum primogenita, gaudere etiam omnibus privilegiis, que habent primogeniti super fratres suos. Hæc autem tria esse arbitror, videlicet illos plerumque magis diligi, meliorem habere partem in familiæ bonis, & denique illos primos esse, quibus uberrime provideatur. Non est arduum tria hæc honorum genera Sanctæ Virgini applicare. 1. Horum primum est, primogenitos ut plurimum præ ceteris a parentibus diligi, quia possederunt corporum indivisum donec soli fuerunt, & mox ratio peculiaris habita fuit eorum, quippe qui erant futuri prædium, & domus fulcrum: ita enim considerantur. Sed dubitari non potest, quominus Deus quatenus primogenitam Mariam prædilexerit, quandoquidem prælegit illam inter plurimas velut objectum, quod respexit, ut illam Filii sui Matrem eligere: Verbum æternum non minus dilexit eam, tamquam illam ex qua aliquando eret nasciturus, & Spiritus Sanctus eam considerans ex eo tempore tamquam illam, que sibi in Sponsam eret eligenda. 2. Meliorem obtinuit partem in bonis familiæ, secundum jus primogenitorum; quam obrem in ordine nature, gratiæ, & gloriæ maxime quis privilegia consecuta est, quemadmodum per enumerationem partium potest ostendi. 3. Secundum legem latam in primogenitorum gratiam primum decorum itaru cogitatur, antequam ceteris consulari; ac potissima eorum habetur ratio in affinitatibus jungendis. Ita Maria vix in

lucem

Incem edita fuit, cum destinata fuit Sponsa Spiritus Sancti, Cæli, terraque Regina, &c.

II. *Adformare possumus sensus admirationis, que concipitur in Sanctæ Virginis Natiuitate, cum illis, quos Cælum, ac terra concepit.*

1. Ostendendo illam, quam Ecclesia se militans, seu triumphans hodierna die admiratur, creaturam esse perfectissimam, & sanctissimam, non solum ad imaginem, & Dei similitudinem efformatam, sed eam, que post Jesum Christum gerit aperitissimos huius similitudinis characteres, & omnes possidet divinas perfectiones, verum etiam esse singularibus donis, selectissimis gratis repletam, verbo, in omni perfectionum genere perfectissimam, que illos super omnes homines, & Angelos. *Que est ista?* Hæc esse debet omnium admirationum nostrarum, omniumque elogiorum, cultus, & venerationis nostræ argumentum.

2. Promittendo illam, quam admiratur Ecclesia, nobis quamprimum Deum-hominem parituram, & admirabili hæc fecunditate adimpletur veteres prophetias, probaturam Dei fidelitatem in promissionibus suis, consolaturam vero Israelitis, qui tot ante hanc diem sæculis præstolantur Messiam adventum, ita ut illam, cuius Natiuitatem celebrat Ecclesia, intueri debeamus tamquam objectum, quod omnes sæculorum omnium Sancti respexerunt, tamquam centrum benedictionis legis antiquæ simul, & novæ, tamquam illam, ad quam Patriarchæ debebant per fecunditatem divino inquit consilio, Christiani vero per privilegium, quo gaudent, se Filios esse Dei; ubi fatari debemus, sicuti antiqui pro modico luo non pervenerunt ad Jesum, nisi per Mariam, nos quoque pro nostro non pervenerimus esse nisi per peculiarem divinam ipsius Maternitatis submissionem. Quandoquidem non sumus futuri Filii Dei, nisi tamquam incorporati humanitati, quam illa tribuit Filio suo Unigenito.

III. Invenio Virginis Natiuitatem triplicem habere diversam rationem; videlicet cum præterito, præsentis, & futuro. Præteritum complectitur principia, que præcesserunt, & que Natiuitatem illius operata sunt: Præsens respicit circumstantias, que concomitantæ sunt, & hanc Natiuitatem orantur. Futurum continet ea, que hanc Natiuitatem consequuta sunt, vel ea egregia munera, quibus fuit destinata.

1. In prima ratione, quam habuit cum præterito, considerare possumus curas, quas divina sibi suscepit Providentia; inita ab eadem ab omni æternitate consilia; quomodo Mundum preparaverit hanc Natiuitatem per tot figuras; quomodo ab æterno Nativitas Jesu, & Mariæ in eodem Dei decreto continebantur, &c.

2. In ratione altera quam habet cum præsentis, considerari possunt privilegia cum quibus nata est; dona naturalia, & supernaturalia; quibus Cælum decoravit illam; gratiæ, que recepit; verbo, omnes natalium suorum prerogativas.

3. Ratio tandem, que habuit cum futuro sita est in eximio officio, propter que Deus illum oriri voluit, ut Mundo pareret Reparatorem; ut Mater esset Salvatoris; ideoque ut humani generis salutem cooperaretur. Hi tres sunt radii gloriæ, qui collimant in ejus incunabula, ut ortum illius spectabiliorem efficiant: hæc sunt tres sermonis huius partes. *Vivens in primo sermone de Beata Virgine Natiuitate.*

IV. Considerari simpliciter possunt due in Deo Providentiæ, que sunt principia Natiuitatis Sanctæ Virginis.

1. Supernaturalis Providentiæ, que illam ab æterno pre-vent, elegit, prædestinavit, promisit.

2. Providentiæ naturalis, que produxit illam in tempore. Per primam dedit illi natiuitatem æternam in ordine Sanctorum; per alteram dedit illi natiuitatem temporalem in natura, fed cum emineat fulgore, & cum privilegiis gloriæ. *Idem.*

V. Mariæ Natiuitatem celebraturi, referre possumus ad hoc momentum quiddam illi faciendum erat deinde per omne vitæ sue spatium; neque enim hæc fallacia sunt vaticinia incertis innoxia casibus, sed in ipsa Dei prædestinatione, que falli non potest, constituta. Quemam vero sunt Dei vig in Maria, nisi effectus, & operationes divine bonitatis, que eadem vita est, ut inde Verbum Divinum in humana nasceretur natura, & ut recipere homines in Dei natura viverent; ideoque due misericordie vig, que hodierna die incipiunt in Mariæ Natiuitate.

1. Quarum altera est Incarnatio Filii Dei. 2. Altera Hominum salus.

VI. Desumendo pro textu verba illa ex Psalmo 138. *Sicut tendebat ejus, ita & lumen ejus.* Hoc argumentum est huius *Mysterii* proprium, ostendere, quantum Natiuitas Sanctæ Virginis coram hominibus humilis est, & obscura, tantum in oculis Dei esse gloriosam, a quo insignibus prerogativis ornata fuit. Sermo hic in duas partes dividi potest, in quarum prima ostendatur, quantum hæc Natiuitas Sanctissima, & præclarissima inter omnes meras creatu-

videtur Bibl. Cæc. Tom. de Myster. Tom. III.

ras, humilis, & obscura videtur extrinsecus coram hominibus, ex extima dumtaxat specie iudicium ferentibus; in altera vero quantum gloriosa, & pretiosa fit coram Deo, qui longe aliter, ac homines iudicat. Dupliciter verò: Humiliatio, & gloria Mariæ in Natiuitate sua.

Pro parte priori, ostendere possumus Beatam hanc Virginem vere magnis cum privilegiis oram esse; sed que ab hominibus ignorabantur, & quibus caliginem offundebat Natiuitatis humiliatio, si feratur iudicium ex his, que in oculos incidunt. Primo enim; Quamvis nihil habeat corruptionis Adam, tamen orta videtur ex hæc corrupta progenie, & particeps veneni, quo infesti fuerunt quotque ex eadem propagine orti sunt. 2. In Mundum venit cum qualitate Deiparæ, ad quam ab ortu destinata est; & sublimis hæc dignitas ab ejus persona inseparabilis, ita lætet, ut ne cognoscatur quidem tamquam ex progenie David, sed sicut una ex filiabus Israel, & Juda, ex populi facie. Quod si in hac festivitatis canit Ecclesia, ipsam formosam esse, velut Luanam, & Solis instar nitentem: *Pulchra ut Luna; electa ut Sol;* Nitor hic, & hæc species non nisi in oculis Dei emicat, non autem lucet in oculis hominum: si enim quis, quemam fit Maria, dicitur tibi esse Annæ, & Joachim filia, consueto pacto concepta, non secus ac ceteri homines nata, vagitus, & genitus edens, quibus & præfens miseria, & illa, cui subiecta erat, significatur. Admirabilis hæc humiliatio in creatura, que jam fruebatur insignibus privilegiis, que omnibus illis calamitatibus erant opposita, non aliud habet exemplam, nisi J. C. humiliationem. Oportebat ut Mater similis esset Filio suo, ejusque ingressus in Mundum iis omnibus humiliationibus confociaretur in speciem, & isdem honoribus realibus quidem, sed oculis. Gloriosus hic Deiparæ titulus, ad quem ab æterno erat destinata, non nitet in illa; secretum est *Mysterium*, sanctis tenebris involutum; & cum Maria adeo prope particeps esset *Mysterii* Incarnationis, que peracta fuit virtute, atque omburatione Spiritus Sancti, qui illam demones, sapientique sæculi celabat; ita Natiuitatis Mariæ *Mysterium* particeps erat futurum harum tenerarum. Ita omnis Spiritualis ejus magnitudo, simulque etiam temporalis, in hominum oculis evanescebat. Ex amplissimis Regibus Juda egressa in Avorum, majorumque suorum nomenclatura Patriarchas, Prophetasque recentens, nihil retinet neque de generis sui amplitudine, neque de virtutis eorum nobilitate. Familia Juda jam pristinum decorem amiserat, cum orta est Maria; & sicut Jesus Christus habebatur tamquam Fabri Filius, quamvis esset Verbum æternum secundum Divinitatem, & Filius Virginis, que divinitus illum conceperat; ita Maria in Natiuitate sua visa non est, vel tamquam Mater Dei, vel tamquam filia Regum Juda, & Israel. Facile hinc est præclarum morali disciplinæ documentum elicere, quo discamus, nostra celare talenta, virtutes, & natiuitatis decora, &c.

Pars altera sita est in ostendendis magnalibus, privilegiis, & prerogativis Natiuitatis Beate Virginis. 1. Nata est cum perfecto rationis usu, quem in antecessum obtinuit. 2. Cum nova gratiarum plenitudine, que semper crevit. 3. Nata est tamquam Cæli, ac terrarum Domina. Hæc est sententia Sanctorum Patrum, atque Doctorem, Mariam omnem obtinuisse rationis usum eo momento, quo vitam recepit, non secus ac Jesus Christus, sed Jesus Christus per naturam, Maria vero per gratiam. Jesus Christus, quia Deus erat, Maria, que nascebatur supra leges nature. Verum est; quemadmodum Jesus Christus hoc dissimulavit privilegium, & ratio illius crescere visa est cum ætate, ne Mundi Sapientes intelligerent Incarnationis *Mysterium*. *Crescebat Sapientia, & ætate apud Deum, & homines;* simili ratione Maria fidelis imitatrix humilitatis Filii sui, non præfertit rationis usum, nisi prout ætas sua evolvebatur. Ita illa visa est crescere gratia, & sapientia coram hominibus. Sed sicuti Jesus Christus perfectum sui ipsius effiebat sacrificium, cum in Mundum ingrederetur, & Patrem adoraret, ac se tamquam Holocaustum immolaret ex primo ipso hæc Conceptionis articulo; ita Maria quoque se gessit, & in Mundum ingrediens dixit: Ecce me, ut faciam voluntatem tuam. Hæc ratio in antecessum illi collata præterea innumebat, quinam rei vacare deberet, donec per Cælestem nuncium Dei se Matrem futuram intelligeret.

Sanctissima Virgo tantum veræ gloriæ possidet, ut non sit petenda laudum ejus copia ab iis rebus, que ad ipsam vel procul tantum, vel minime attineant. Ita ad celebrandam Natiuitatis illius gloriam ex meritis, honoribus, egregieque factis a Majoribus suis nequaquam proferam coronas, & scepra David, & Salomonis; & præterito quicumque decora vetustissimæ nobilitatis per quadraginta, ac ultra generationes dedactæ. Sed profusus divina dignitas Deiparæ ad quam prædestinata est, & propter quam orta est; miraculosa sanctitas quam possidet, ex qua oriens cumalata est; infinita potestas, quam habet jam apud Deum, sunt qualitates reales, & effective, que ipsi sunt proprie,

VII.

G. 3 & in

Justitia. Sol iste Caelestis, qui dissipans tenebras, quas peccati maledictio in terram effuderat, replet illum benedictione, eam fove luminis illustrans. Qui solvitur maledictionem, dedit benedictionem. Ob hanc causam Sanctus Joannes Damascenus hanc diem Nativitatis Mariz diem laetitiae natalem appellat.

Fecit Deus duo luminaria magna, luminare majus, & luminare minus. Genes. 1. In ordine gratiae Deus, ubi voluit reparare Mundum peccatis corruptum, ita se gessit tamquam in ordine naturae, ubi illum educere voluit ex nihilo. Videns enim Univerfum hunc futurum esse confusum Chaos sine lumine, cujusque distinguerentur objecta, quae oculis nostris obiecta, creavit astra duo, quae sunt duo luminaria magna, quae, ut inquit Scriptura, Mundum illuminant; simili ratione, ut hominem in pristinum statum restitueret, eumque educeret de tenebris, in quas peccatum illum proiecerat, produxit duo magna luminaria Jesum, & Mariam; quorum alterum majus est altero, ideoque Sol justitiae vocatur, qui univervum orbem illuminavit: Qui illuminat omnem hominem venientem in hunc Mundum. (Joan. 1.) Sed ut allusio recta, atque integra sit. Sancta Virgo venit in Mundum, ut esset veluti gratiae luna: Fulera ut luna. Verum est illum mutuari a Sole totum lumen suum, atque virtutem; & ipsam ex duobus istis luminariis minus esse; sed praeferat quod lucet per noctem: potentia ejus magna est in hoc Mundo, ejusque influxus suaves sunt, ac salutare. Hoc fuit Providentiae de Maria consilium; hanc ante Filium suum misit in terram, ut inciperet fovere tenebras peccati, donec Filius, qui pater est, & fons luminis veniat, ut magna gratiae dies illuceat.

Concepit Anna, & peperit. 1. Reg. cap. 1. Cum Sacer Historicus hac verba scriberet, profecto Prophetia Spiritus ducebat aequo mentem, ac illius calumnia; animoque minus volubatur praeteritum, quam futurum; & prodigium minus, quam Myfterium; & Alcanz uxorem, quam conjugem Joachim; matremque Samuelis minus quam Mariam incomparabilem. De una tantum Anna loquitur, sed alteram designat, longe sanctiorem, & beatiorem, quae secundum non luit per simplicem Cali gratiam, sed per miraculum duplex; quae non peperit liberatore populi sui, sed Mundi totius Redemptricem; quae non dedit vitam Prophetz Dei, sed Virgini a qua Deus ipse Nativitatem accepit. Itaque in expectatione felicissimi hujus partus habebant Calum, ac terra; Angeli vasa sua nuncupabant; Patriarche sua concipiebant desideria; hominesque omnes summa cum impatientia praestolabantur; & cum modo fruarum fructu beate hujus fertilitatis, & videamus illam coronatam per nativitatem miraculo, quod omnes exhaurit thesaurus naturae, & gratiae; aequum est, ut per suavisimum admirationis, & gaudii impetum erumpentes, exclamemus: Concepit Anna, & peperit: Anna jam effoeta, ac sterilis puellam enixa est, quae cum omnibus praestet creaturis, neminem supra se videt, nisi Deum.

Erasmus natam filii irae. Ad Ephes. 2. Omnes nascimur irae Dei Filii; vix inter hominum filios numeramur, cum jam sumus filii demonum per originale peccatum, & tales permanemus donec regeneremur per baptismum, ut regeneratio deleat maculam, quam per generationem contraximus. Sancta Virgo non ita nata est; antequam in luctu ederet a Matre, profus divinam obtinuerat Nativitatem, cum anima illius antequam produceretur, sanctificata fuerit; privilegium, quod concessum fuit animae Filii sui, & fuit: Nam quamvis Sanctus Joannes Baptista fuerit sanctificatus in ventre Matris suae, & natus sit adoptivus Dei Filius; tamen non conceptus fuit talis; ideoque una Virgo jactare potest, se non alium habuisse Patrem, nisi Deum secundum spiritum.

Primogenita ante omnem creaturam. Ecclesiastici 24. Maria est creaturatum omnium primogenita, ideoque super omnes Deo cara, & dilecta. Et nonne credi potest, in temporali ejus Nativitate Deum cum illa loquentem dixisse non fecus ac Filio suo: Filius meus es tu, Filia mea es tu; ego hodie genui te. Cum alias creavit, illis dicere non potuit, Filia mea es tu; quia nata sunt cum labe originalis peccati; sed Maria ab illo preservata fuit, cum accepit esse supernaturalem, statim ac naturale, ideoque de illa dicere potuit Deus, quod dixit de unico Filio suo: Haec est filia mea dilecta, in qua mihi bene complacent. Tempus fuit, quo sibi cetera displicuerant; sed in hac beata Virgine sibi bene semper complacuit; hanc electa fuit, ut Dei Mater esset, cumque illa unica sit Mater illius, unica etiam est ejus Filia. Non equidem dico filiationem ejus ejusdem esse naturae, cujus filiationem ejus ejusdem esse naturae, sed dico solum, sicuti Verbum Incarnatum est Dei Filius eo in sensu, qui unum illum deest; Sanctam Virginem quoque ita esse Dei Filiam in alio sensu, qui unam ipsam deest, quia illa semper extitit talis.

Ab initio, & ante saecula creata sum. Ecclesi. 24. Ab aeterno in Deo nata sum, antequam facula nasceretur. Verum est Dei Filium quatenus hominem esse primam productionem

mentis Dei, primogenitum inter creaturas in Deo; non per temporum intervallum, sed per excellentiam; & causalitatem, ut scholae loquuntur; quia primogenitus praedestinatorum, pro quibus Deus creavit cetera, est prototypus, & exemplar ceterorum: Sed Maria quoque est prima, & praestantissima divini hujus prototypi imago; & sicuti Filius Dei est imago perfectissima Patris Aeterni; Virgo prima est, & perfectissima Verbi carnis facti: ita ut simulacri nati video in Decretis Dei Redemptorem propter homines, simul videam Deum concipere, & facere, ut in istidem decretis oriatur Mater pro hoc Redemptore; cumque opus sit, ut adit similitudo, & conformitas meritorum, & qualitarum inter Matrem, & Filium; Deus non potest inire consilium dandi univervo Mundo humanitatem dignam personali affinitate cum divinitate, quin simul teneatur illi in Matrem dare praestantissimum creaturam, quae finis est; & hac est felix illa Creatura, cujus Nativitatem in tempore celebrat Ecclesia.

Quo est ista quae progreditur. Cant. 6. Cum admiratione, ac stupore Spiritus Caelestis sciscitantur in Nativitate parvulae hujus creaturae, quae quasi aurora progreditur, & quae jam luminibus circumfusa coruscet, Quo est ista? Nonne illis responderi potest, hanc Virginem esse natam quidem ex corrupta Adam progenie, nihil tamen habentem de corruptione originis suae; Virginem esse, quae Dei Mater est futura, & nihilominus Virgo permanitura; stellam esse Jacob, quae licet septa nubibus humilitatis, apparebit aliquando pulchra ut luna, & cluxa ut Sol; Fontem esse terris Paradisi, cujus aquae sepe effundunt in omnem faciem terrae; hanc esse radicem Jesse, ex qua exient flores, & fructus, qui erunt laetitia omnium populorum; Virginem quoque futura est Cali delicia, demonum terror, peccatorum periculum, spes Fidelium, amor, & admiratio omnium saeculorum.

Quam pulchri sunt gressus tui Filia Principis. Cant. 7. Maria in Mundum ingressa cum hoc Sanctitatis nitore, qui efficit illam possessionem Dei tot eximii rationibus, nonne meretur, ut Angeli adoret primos progressus ejus in Mundo, & ad gloriam Nativitatis suae praedicent verba illa Sapientis: quam pulchri sunt gressus tui Filia Principis! O Filia, & Mater Principis quam gloriose sunt viae tuae, & quam speciosi gressus tui! Vere de te dici potest, quod de quibusdam terrae domitoribus dixit adulatio: palmas sub pedibus eorum crevisse, & eorum triumphos esse passum numero potuisses censei; primus enim illius in orbem ingressus quadam est triumphus species propter relativam de peccato, & demone victoriam.

Ingressus Mundum dicit: hostiam & oblationem voluisti, tunc dicit: ecce venio. Ad Hebr. 10. Hoc unius Mariae privilegium est, nati in plena die rationis suae, & integram habere libertatem, ut nascens Deo deferat primum huc cogitationis, & amoris obsequium, & incipiat esse illi dare, simulac incipit esse sui; imitata hac in re in antecessum, id quod Filius suus aliquando facturus erat, cum in Mundum ingrederetur, ut Sanctus Paulus inquit, sepe obtulit Patri tamquam victimam: Ingressus Mundum dicit, hostiam, & oblationem voluisti, tunc dicit: ecce venio. Mihi videtur ergo ingredi in Mundum, tamquam in Templum, ubi offert se tamquam victimam gratiae, & sanctitate coronatam: dicens in antecessum, quod mos in Annunciatione sua iteravit: Ecce Ancilla Domini! (Luca 1.) Ecce me, Deus, futuram tibi famulam, recipe me ex hoc momento quatenus talem, & disponde de me secundum tuam Providentiae consilia.

Sapientia edificavit sibi domum. Proverb. 9. Verba haec melius applicari non possunt, quam Beatae Virgini ipsa die suae Nativitatis. Spiritus Sanctus nos docet, Sapientiam sibi edificare voluisse domum, in qua sibi sedem statueret. Quid intelligendum est Sapientiae nomine? nisi Jesus Christus, quem Sanctus Paulus appellat: Christum Sapientiam Dei; & tritum est illud axioma, Sapientiam tribui Filio, sicuti potentia tribuitur Patri, & bonitas Spiritui Sancto. Dicere autem Sapientiam sibi domum edificasse, nonne dicitur est, Dei Filium autorem esse propriae Matris suae, quae Maria est? sed ad trutinam revocemus vim horum verborum, quae totidem oracula sunt habenda. Sapientia edificavit sibi domum, & hanc edificavit sibi. Haec omnia plena sunt magnalibus deipare in sua Nativitate: cum enim infinita Sapientia hoc opus susceperit; sequitur Sapienter fecisse: aptavit ergo adificii hujus magnificentiam magnitudini illius, a quo erat inhabitanda; non enim edificabitur pro rustico, & colono, eodem pacto, quo pro Rege, & Monarcha. Quid autem inferri potest ex hoc principio ad Sanctae Virginitis gloriam? Videtur quam magnificentem, & luculentam palatium divina Sapientia posuerit homini, Mundum videlicet! Hoc quam augustum est, quam vastum, quam opulente exornatum! Rex Propheta in admirationem rapiebatur, ubi illum attentius inspiciebat; sed Sancta Virgo est domus illa, quam sibi edificavit Sapientia. Hinc est illud iudicium de illius magnificentia.

Quo est ista? Cant. 8. Si mihi apud vos verba essent facienda de alia quapiam Virgine, quam de illa, quae recens nascitur; sicuti Religio nihil nobis detegeret, quod in mente re-

Quasi potest cum admiratione, quoniam est illa, quae hodie nascitur.

Progressus primi Sanctitatis Sanctae Virginitis in Mundum venientis.

Mariae vestis in Mundum reddidit Deo primum obsequium rationis, & cognationis suae.

Mariae est domus illa, quae Sapientia edificavit sibi domum, & hanc edificavit sibi, ut reciperet Deum.

Nativitas Mariae est admiratio.

re relinqueret ideam aliquam glorie, & magnitudinis; humile fervaret silentium, immo etiam lacrimae funderentur; quia jugum, quod aggravatur est super omnes filios, illos obruit ex ipso fove Conceptionis articulo. & natiuitatis momento; ita ut in utroque inuratur illis ea turpitudinis nota a protoparente sibi relicta; ideoque nequam clamarent, quo est ista? Licet hac de qua vobis verba facturus sum, non majorem haberet gloriam, quam Sanctus Joannes Baptista in utero Matris suae sanctificatus, cujus natiuitatem & praesentem, & subsecuta est tanta miraculorum copia; ne quereirem quidem, quoniam hic aliquando futurus esset: Quis putas fuerit iste erit? Sed hac est ordinis novi filia; hanc novam constituit classem inter filios Adam, ex quo prodit in terra; hac ita in admirationem rapit univervos, ut Sacri Oratores, qui audeat illius laudes celebrare, videntes illam tanta luce circumfusam, exclamant; quo est ista?

Regali ex Progenie Mariae exorta refulget. Ex Offic. B. Mariae. Ad Mariae laudes celebrandas repetemulce avos illustres Mariae? Nonne orta est amplissimis Principibus Juda, & Israel? Patriarchae nonne fuerunt majores illius; & quidquid magnitudinis, & virtutis fuit in illis, nonne usurpandum est, ut tectur corona Mariae nascenti? Propheta suum contulit sanguinem ad illam formandam, & magnum obiectum prophetiarum suarum fuit Jesus, & Maria, uterque in lege antiqua praedicti. Ita cum Abraham benedictus fuit, ut esset pater omnium credentium; nonne Maria merorem obtinuit partem in hac benedictione, quandoquidem erit benedictus super omnes mulieres, & super viros omnes, uno excepto Jesu Christo? Ita majorum virtutes factae sunt virtutes Mariae; hereditas hac ad eam pertinebat. Video jam, & admiror in illa obedientiam, & submissionem Abraham, & Isaac: temporales gratiae, quas Deus concessit Jacob, praefigurabant gratias spirituales, quas Deus impertiturus erat; & victoriam David, victoriam pollicebatur, quas de inferno serpente erat relatura; & lumina Salomonis significabant illam, quae ab ipso decederet, exquisitissimis donis praeventam iri, & emicaturam esse tamquam auroram, & futuram, ut omnes Patrum suorum virtutes, sine oroni vitio, emiterentur in ipsa, quae conjungeret nobilitatem ex illustri deductam sanguine, cum nobilitate vite sanctissimae. Regali ex progenie Mariae exorta refulget.

Generatio ejus quae enarrabit? Ecclesiae, & Scriptura nobis exhibent tria Nativitatis genera ad admirandum aequae ineffabilia, quia sunt aequae incomprehensibilia. Generationem Verbi in Patris sinu; hoc est lumen de lumine; Deus Aeternus, qui genuit Deum aeternum sibi similem. Nativitatem Mariae, quae oritur ex sterili, & infecundo fundo, & illam Jesu Christi, qui atque est ex Virginitis sinu recens consecrator per fenum puerperium, quin inde inquiratur. Terminus primae Generationis est Deus aequae magnus, & potens; verbo, in omnibus aequalis terminus secundae est Mater Dei, & terminus ultimae est homo Deus. Tres has generationes, quos valet explicare? Generationem ejus quae enarrabit? Hoc factum est. Pater Aeternus non potest quidquam majus producere, nisi Verbum; nihil dare potest excellentius, aut perfectius ab extra, nisi Jesum Christum. Verbum habet naturam, & infinitas perfectiones principii sui; Humanitas Jesu Christi conjuncta Verbo possidet omnem Divinitatem, in ipsa corporaliter inhabitantem. Creaturam quamvis perfectam videamus, huc usque pertinere non potest; sed propter rationes varias, per quas voluit Deus quemadmodum semet pingere in vobis, vos estis, praeter propter, ad illius imaginem efformata. Admirabilis infans, quae nascitur, cum fuerit obiectum illud in quo sibi Pater Aeternus bene complacuit, illius erat imago adeo perfecta, & si omnia illius lineamenta consideravimus, cogemur dicere cum Sancto Bernardo: Generationem Verbi, Assumptionem, & Natiuitatem Mariae, quis enarrabit?

Vapor est virtutis Dei, emanatio quadam clarioris omnipotentia Dei suavia, & ideo nihil inquinatum in eam incurrit; candor enim est lucis. Sapient. 7. Verba haec, verum est, de Jesu Christo intelliguntur, qui est lumen de lumine, & splendor Patris Aeterni; sed nonne applicari possunt Mariae in Nativitate sua? Ubi nam in terris inveniri potest comparatio, quae satis valeat exprimere Nativitatem illius, quae superat entia omnia vere creata, & quis non invenit proportionem aliquam inter illam, quae Dei Mater est, & Filium ejus, qui est Homo-Deus? Hic igitur eo momento, quo prodit in lucem, est emanatio purissimae virtutis Dei, in qua natura nullam obtinet partem; in qua solus Omnipotens operatus efficit eam purissimum omnium creaturam ab ipso primo Nativitatis ejusdem articulo. Hac est purissima emanatio clarioris Omnipotentis; nam sicuti quidquid Sanctorum fuit in lege veteri, hauriebat Sanctitatem suam a Jesu Christo venturo; universale hoc lumen illucebat etiam antequam appareret. Quam claritatis copiam divinum hoc Verbum Matri suae non communicavit? Nonne collegit quidquid dederat antiquis Patriarchis, Pro-

phetis, aliique Mariae Atravis, ut omnia illi communicaret? Nonne maximum addidit incrementum non permittens, ut aliqua sordes ortum illius conquinaret? & ideo nihil inquinatum in eam intravit. Nostra calamitas est, fratres mei, ubi in Mundum ingredimur, ferre nobiscum imaginem Sathanz, quae tegit, operit, & dedecorat imaginem Dei, qua per creationem sumus condecorati. Mariae felicitas est ferre ferre cum nascendo perfectissimam imaginem Dei.

Multa filia congregaverunt divitias: in supergressa est universis. Proverb. 31. Cum Maria nunquam egressa fuerit de manibus Dei, & cor illius semper conjunctum fuerit cum corde ejus a primis usque momentis Conceptionis, & Natiuitatis suae, & meus fua semper caelestibus inhalescit non solum per somnum; de illa enim scriptum est: (Cantic. 58.) Ego dormio, & cor meum vigilat; non solum dum exterioribus rebus vacaret; illi enim Ecclesia hac applicat verba: dilectus meus mihi, & ego illi: sed ipso etiam infantia suae tempore, quod reliquis hominibus tempus est tenebrarum, ac stupiditatis, quo homines a ceteris animantium minime discrepant, Maria Deo vacabat, & congregabat thesauros divitiarum, cum alii nihil agant, & inertes sint: quia igitur celerius coepit congerere, divitiae illius praevaleant opibus Virginum ceterarum: Multa filia congregaverunt divitias: in supergressa est universis. Quae verba intelligenda sunt de creaturis omnibus, quae sub fine antiqua, & recenti lege vixerunt; sed etiam comprehendendum est Mariam congregasse opes magis exquisitas praeter omnes Virginitates, quas non quantitate solum, verum etiam qualitate superavit, ideoque unica est in omni specie virtutum: Ne primam similes vasa est, nec habere sequentem. (S. Bernardus de Laudib. Mariae.) Amor illius ferventior est, & laetius patet; spes ejus constantior, altior humilitas, & hoc etiam modo superat quidquid est intra Jesum Christum Filium suum, neminem agnoscentis supra se, uno illo excepto.

Maria optimum partem elegit, quae non auferretur ab ea. Martha, quae recepit Jesum Christum in domum suam, & Maria quae illum recepit in corde suo, fuit duae verba figure Sanctae Virginitis, quae in ipsius momentis Conceptionis, & Natiuitatis suae recepit Jesum Christum in spiritu suo per cognitionem in antecessum maturatam, & praecoxem; recepit illum etiam in corde suo per amorem; nam ex primo Conceptionis, & Natiuitatis suae momento, jugem amoris actum elicit. Pars haec electa fuit a Maria, quae nunquam auferretur ab ea, quoniam contra perfectam fuit, & in tempore per assidua incrementa, & in aeternitate per glorie consummationem: Maria optimum partem elegit, quae non auferretur ab ea. Sancta Virgo meliorem etiam partem elegit recipiens Jesum Christum in sinu suo per consensum quem praestitit Angelo: Fiat mihi secundum verbum tuum: Sed hic consensus jam erat in corde Mariae in ipso fove Natiuitatis momento; talis erat illius dispositio, ut sese conformaret omnibus consiliis Dei, tamquam ancillam humilem; ita illa jam possidebat omnia hujus consensus merita, quem praestitit deinde; quia Deus bonus considerat voluntates, & intentiones bonae coram illo, qui rones scrutatur, & corda, suos habent effectus. Ex eo igitur momento meliorem partem elegerat, tamquam illa, quae Jesum Christum in corde conceperat, eumque receperat etiam in sinu suo per preparationem voluntatis suae; quemadmodum Martha receperat illum domi suae; & hac pars Marthae, & Mariae a beata Virgine nunquam auferretur: Maria optimum partem, &c.

Fecit mihi manus, qui potens est. Luca 2. Reipsa videtur Deus omnem impendisse vim brachii sui, ut illustraret redderet Nativitatem Sanctae hujus Virginitis. Eam nasci voluit ex atravis, quibus nihil erat nobilius in orbe univervo; cumque Principum Mundi natiuitatem praecedere soleat pompa, & magnificentia, & qui nobiliores sunt, antequam consuecant: videntur Sancti Historici, qui Spiritu Sancto afflati loquuntur, hoc ipsum observasse in Nativitate Mariae. Duodecim Patriarchae, duodecim Prophetae, duodecim Reges, duodecim Summi Sacerdotes praecedunt illi, post quos gloriosa haec Virgo tamquam triumphatrix ingreditur in Mundum. Sed non satis est illis antequam hanc Virgini, illi etiam, communicant merita sua; & sicuti omnes isti legis amatores, Sanctique Viri conulerunt aliquid ad Mariam efformandam; effecerunt etiam illa eximium, perfectumque opus; ita dici potest, ipsam in se una complecti, & colligere omnes illorum virtutes. Habuit fidem, Abraham, obedientiam Isaac, Sarz fidelitatem, humilitatem Abigail, affectum Esther, fortitudinem Judith; quapropter Sanctus Anselmus ait ex omnibus creaturis, se credere, Deum nullam majorem fecisse; & addit, nullam fieri posse majorem Maria, ita ut in omnibus istis sit nobis exemplo.

Multa filia congregaverunt divitias: in supergressa est universis. Beata Virgo a Conceptione sua usque ad Nativitatem tot elicit actus amoris Dei, quod momenta effluxerunt: Illa quae a primo ipso momento suis meritis exaequavit, & superavit etiam omnia merita hominum, & Angelorum.

Maria superat virtutes, & spiritualibus divitiis ceteras Virginitates.

Mariae elegit meliorem partem in rebus omnibus.

Maria comparatur ex Luna, & uni ex duobus maris luminariis; quae Deus in Mundo primordie creavit.

Maria per Annonam Saeculis matrem figurata.

Maria in Nativitate sua concepta verbo in generatione illius.

& in quibus nobis est immorandum. 1. Dignitas ejus...

VIII.

1. Maria natiuitate pro Deo modo prolixius fingulari, ideo...

IX.

Gratia, quam recepit Maria natiuitate, ab ipso primo...

X.

Triplex Maria Natiuitatis sermonis partitionem potest...

XI.

Considerari potest Maria tamquam eximium opus nature...

PARAGRAPHUS II.

Fons, ex quibus hauriri copia potest ad has partitiones...

Sanctus Augustinus tres elucubratus est sermones de Virginitate...

Sancti Patres, alii...

Guillelmus Parisiensis duos. Gerson duos. Albertus Magnus Quatuor.

Pater de Argentano Capuccinus Tomo de magnalibus...

Pater Poire tractatu primo de triplici Corona c. 11. de...

Pater Neveu in Christianis Considerationibus Tomo 3.

Pater le Valois in acteticis Tomo 4. colloq. 2. de Natiuitate...

Domini Verjus in Paenageticis. Auctor Sermonum in omnia Ethica Christianae...

Labatha titulo Maria. Homiliae Carthagenae in Myfteria Beatae Virginitatis.

PARAGRAPHUS III.

Loca, Exempla, Figura, applicationes Scripturarum huic...

Concepta Anna, & peperit. 1. Reg. cap. 1. Orietur stella ex Jacob...

Egredietur Virga de radice Jesse, & flos de radice ejus ascendet.

Creavit Dominus novum super terram, femina circumdabitur...

Generatorem ejus quis enarrabit? Isaia 53. Fons parvus crevit in fluvium...

Evangelizo vobis gaudium magnum. Luca 1. Sapientia adhaerabit sibi dominum.

Exempla, Figura, similitudines antiqui, novique Testamenti.

Tertullianus querit, cur ex omnibus operibus, quae...

Terra quidem sterilis erat, & tertia tantum die...

Deus quovis...

Probabile...

Qui colle...

Magis de...

Quantumvis formosa exhibetur aurora, prima tamen...

Applicatio quorundam locorum Scripturae huic...

Fons parvus crevit in fluvium; & in lucem, Solemque...

Evangelizo vobis gaudium magnum. Luca 2. Hec verba sunt...

Evangelizo vobis gaudium magnum. Luca 2. Hec verba sunt...

Evangelizo vobis gaudium magnum. Luca 2. Hec verba sunt...

Maria est...

Maria cum...

Natiuitas...

rum: quoniam debet esse thesaurus, quem attulit secum ab utero Matris suae, postquam ibi novem integros menses permansit. Ut aliqua iusta concipiatur idea; supponendum est cum Theologia universa ubi agitur propter Deum, mereri, ut caritas, quae actionis nostrae principium est, crescat in nobis pro magnitudine fervoris, cum quo operamur: Exempli gratia, duos habes gradus caritatis; si elicit adum amoris Dei secundum omnem latitudinem duorum graduum istorum, duos alios adquiris, & evadit duplo sanctior, duplo acceptior Deo, quam eras ante hunc actum; & si pergis in lucro ponere fundum hunc tuum, similiter crescis, semper nova fit accessio divinitus tuis; hoc est cum eadem proportione tua merita accumulatis. Secundo loco supponendum est hoc multiplicationis genus, licet parum lucelli accrescat, brevi magnum numerum efficere, ut nemo illud valeat recensere. Hoc posito, numerus si potes gradus sanctitatis, & caritatis, quos congesserat Maria antequam lucem ipsam addidiceret. Quamvis in prima Sanctificatione sua nonnulli unicuique gratiae gradum recepisset, & deinde nonnulli centum amoris actus elucisset, in ipsa Nativitate sua, crescens, & augens eo modo, quo diximus, tantus existeret numerus, ut omnis algebraica ratio exhaustiretur. Quod igitur nobis ferendum est iudicium de divinitus Sanctae Virginis? Nonne dici de illa iure potest: Multa Villa congregaverunt divitias, ut supergressa es universas? Post haec non oblopesco, Sanctos Patres loquentes de gratia, quae Maria cumulata inventa est post tres & sexaginta annos vitae suae (& hoc ipsum licet dicere ab illius Nativitate) usque fuisse terminis tantam plenitudinem habentibus. Profecto Sanctus Epiphanius iure affirmavit, gratiam hanc esse immensam; Sanctus Augustinus, esse ineffabilem; & Sanctus Joannes Chrysostomus vocat Mariam gratiae thesaurum; & si Sanctus Hieronymus ait, gratiam effusam fuisse totam in sinu illius; si Sanctus Bernardinus Senensis addit, illam tantum gratiae recessisse, quantum concedi potest meri Creaturæ; hanc omnia credibilia sunt post ea, que diximus; quandoquidem adeo prompta est, adeo sollicita, & constans, ut in lucro ponat magnum illud talentum sibi committit; quoniam illud duplicavit non solum singulis annis, sed horis, & momentis dici, ita ut receptum lucrum ad immensam summam excreverit.

PARAGRAPHUS IV.

Lat. Sententia Sanctorum Patrum huius argumenti.

Omnem electa creatura altitudinem electiois sua dignitate transcendit. Sanctus Gregorius in cap. 1. lib. 1. Regum.

Corrabant sacra quodammodo Virginitatis gloriantur. Joannes Damascenus orat. de Nativitate Virginis.

Virginitatem Praeparatum. Sic eam vocat Sanctus Hieronymus in Michaeam 6.

Summa divinitus Oraculorum. Andreas Cretenfis.

Pignus promissionis, & gentile votum nasciturus Dei. Joannes Damascenus.

Vitam navis praestantioris habebit, o Beata Maria, non vili ipsi, neque tui ipsius causa proposita est; quocirca vitam habebis ob quem in lucem prodisti. Idem orat. 1. de Nativitate Virginis.

Operabat eam (Virginem) in lucem est, quae rerum omnium conditarum primogenita erat paritura. Idem ibidem.

Nullus in superbia de gloria parvorum elevatur, sed considerans progenitorem Domini respicitur merito timorem; & de se habet virtutibus gloriatur. Sanctus Joannes Chrysostomus homil. 3. in Math.

In Nativitate Virginis solis Christi est inchoata Nativitas. Sanctus Ildephonus sermone 3. de Nativitate Virginis.

Hodie nata est illa per quam omnes renascimur. Petrus Damiani.

Opus, quod solus artifex supergreditur. Idem.

Sicut aurora sine praevia nocte est, sic Nativitas Virginis sine dolorum, & consolationis fuit initium. Rupertus lib. 6. in Cantic.

Non enim Beata Virgo seipsi invidiosam honoravit, nisi sancta nasceretur. Sanctus Bernardus.

Per vitam otio tantum anima salvantur, per Mariam omnes ad aeternam vitam vocantur. Idem.

Quid sibi dicitur in generatione Mariae, plane quod ex rebus orta, quod ex semine Abrabe, quod genitrix ex stirpe David. Idem sermone in cap. 12. Apocalypsis.

Longe ante partibus est castus responsio, mystice prafigurata miraculis, etiam nuntiata prophetici. Idem.

Ipsa est stella ex Jacob orta, cujus radius universum Mundum illuminat, cujus splendor, & in supernis resurgit, & inferos penetrat, ac terras etiam perlatat. Idem serm. 2. super missus est.

Tanta gratia Virginitatis est, quanta uni, & pura creatura fieri potest. Sanctus Bernardinus Senensis.

A Maria vna ipsa vna in Mundum introducta est, ut

viam pariat, & sit Mater Maria vnicuique. Sanctus Epiphanius adversus haereticos.

Eva hominibus causam meriti attulit; per eam quippe mors intravit in Mundum; Maria vero vita causam praebuit; per quam vita nobis nata est. Idem ibidem.

Præfatum hodie natus: Calam nobis largitum est, ut dante, & accipiendo felicitate amicitiarum fudere copularetur humana divinitus, terram caelestibus, ima summis. Sanctus Bernardus sermone de Assumptione.

Dei Genitricis natalium complectamur, per quam mortalium genus redintegratum est, per quam primigenia Mater Eva moritur in latum mutata est. S. Joannes Damascenus in natali B. Virginis.

PARAGRAPHUS V.

Quid depremi possit ex Theologia in hoc argumento.

Quamvis Sancta Virgo praeservata fuerit ab originali peccato, & repleta fuerit gratia in ipso Conceptionis momento; deprendit nihilominus potest aliquid discrimen inter statum, vel Mysterium Nativitatis, & illud Conceptionis, ac dici statum, in quo fuit haec creatura nascens inventa fuit proculdubio perfectior fuisse, & possessionem, quam tunc illius adit, fuisse integriorem atque absolutiorem, quam fuerat, ubi esse coepit, vitamque recepit. 1. Quia in Conceptione sua non erat adhuc iuris sui, neque effiebat personam a Genitricis fuit persona diversam, secundum Iurisperitum sententiam asserentium Matrem, & infantes eo in statu unam dumtaxat personam efficere, non duas: ita ut cum Maria in statu illo non consecratur pars universi, & in Mundo non videretur palam, Deus ab illa non reciperet publica obsequia, & apertas gratiarum actiones, quas exigit, & expectat a creaturis ratione praeditis, que consentitur, se illi uni debere, quiquid sunt. Sed cum Maria divisa fuit a Matre per Nativitatem, tunc incipit sui iuris esse, & in Mundo videri; tunc pertinet ad Deum nona quadam ratione, & utens ratione sua, cum iam compos facta fuerat, sese Deo mancipavit absolutiori, perfectiorique devotione. 2. Si Nativitatis eisdem gratiam comparamus cum gratia Conceptionis, liquebit eam, quam recepit in Nativitate sua toto Caelo esse majorem; nam post primum illud momentum, & dum secreta hanc, interioreque vitam ageret in Matris sinu, haec gratia incessanter crevit, & sicut mensum novem spatium, natura praeparavit corpus illius, ut iustam illi tribueret magnitudinem; ita toto hoc temporis intervallo, gratia praeparavit ejus animam; ut illam in dies divine Majestatis dignior efficeret. 3. Credibile est, Deum, ut honor accederet ad primum Mariæ ingressum in hunc Mundum, momento hoc gratiam profusam singularem contulisse, que nascentem efficeret sanctiorem, quam fuerit unquam homines; & Angelis; sed que fuerit tamquam novus character, qui illam Deo consecravit, & per quem Deus iterum possessionem adit illius.

Dici iure potest Incarnationis Mysterium quodammodo incepisse in Conceptione Mariæ, que futura erat Mater huius Hominis Dei; sed tunc hoc initium latebat in tenebris; & sicut dici nequit rivus incipere, nisi tunc, cum fons extrinsecus prodit; non autem donec in terris venis deliteat; ita Mysterium Incarnationis non incipit in sinu Sanctæ Amæ, ubi concepta fuit, que erat Incarnati Verbi futura Mater, sed ubi hæc Solis lucem adspexit. Profecto donec Piliu continentur in sinu Matrum suarum, illis non attribuantur dignitates, neque honores; qui ab illis exercendi sunt; Rex nondum Rex est, cum nondum in lucem editus fuit, sed expectandum dum in Mundum prodierit, & inter homines numeretur. Sed cum Maria in Mundum venit cum corpore, in quo adimplenda est Verbi Incarnatio, dici potest, a Deo respici tamquam illa, que futura est Mater Filii sui, ideoque Nativitatem ejus ab hoc momento inchoare; & constare ratio, quia essentialiter destinata est ad hoc, ut sit Mater Dei. Neque dico Deum, postquam fecit, ut hæc Virgo nasceretur, illam ad Mysterium hoc elegisset; sed quia de industria ad hoc illam creaverat, decretum Creationis ejusdem involutum fuisse in prædestinatione suo Materitatis; & illam vivere inceperit tantum, ut Deo vitam tribueret.

Per prædestinationem tribuit Deus Sanctis primam navitatem in idea, & in corde suo; illos ex tunc respiciens tamquam opera manuum suarum, & tamquam bona sua. Sed quod Sanctis omnibus commune est, peculiariter destinata est ad hoc, ut sit Mater Dei. Neque dico Deum, postquam fecit, ut hæc Virgo nasceretur, illam ad Mysterium hoc elegisset; sed quia de industria ad hoc illam creaverat, decretum Creationis ejusdem involutum fuisse in prædestinatione suo Materitatis; & illam vivere inceperit tantum, ut Deo vitam tribueret.

Discrimen inter Nativitatem, & Conceptionem, & Virginitatis ratione gratia, & quam obprobis huius di- versis temporibus reperit.

Incarnatio Filii Dei incipit proprie in Nativitate Mariæ.

Prima Mariae Nativitas determinatur ab eterna illius prædestinatione in Matrem Dei.

Quomodo gratia possit Mariam se dignam præbuisse divinitus Materem.

Magnitudo meritum, & quidquid distinguit Sanctam Virginem, incipit ab eius Nativitate.

Alind discrimen gratia, quam recepit Virgo in Conceptione, & in Nativitate.

Gloriosa Virgo ideo nata est, ut pareret Deum Filium.

Matrem conjunctam prædestinaram fuisse cum Filio suo, & Nativitatem suam in tempore decretam simul fuisse cum illa Filii sui; quod magis proprium est Nativitatis beatæ huius Virginis, quam Conceptionis ejusdem, quamvis sit utriusque Mysterium commune.

Noctis cur communis hominum nativitas sit adeo turpis, & infelix; quia videlicet omnes in originali peccato concepti sumus; hæc enim misera est hereditas posteritatis Adam; & sicut eo tempore, quo permansimus inter latera matrum nostrarum, nequaquam delere potuimus hoc peccatum; hinc fit, ut oriamur tamquam rei, & iræ filii, ut Apostolus inquit, cum adhuc in incubulis sumus, & eo momento, quo vitam accipimus, in demonis possessione versamur. Hinc Patres animadvertunt, infantes in ortu suo plorare non solum propter naturalem instinctum, quo docentur, fore ut plurimum obnoxii malis sint, sed propter peccatum, cum quo oriatur cogitatio. Sed Maria non venit in Mundum hæc miseris conditionibus subiecta; nam præterquamquod ab originali peccato præservata fuit ab ipso sue Conceptionis momento, in Nativitate sua repleta fuit integerrima Sanctitate, ita ut nequaquam orta sit quatenus nocens, sed vitrix, atque triumphans eo quod jam demonem vicerit, & merita fuerit ingredi in Mundum cum clamoribus gaudii, & lætæque.

Scio nos esse nobismet nihilum esse, & nulla re dignos. Deus nos reddidit dignos ea re, cui nos pares facit, & dignos ea, quam nos facere complacet sibi: ideoque ipse ille Mariam dignam præstitit, que est æra vivens nove legis, & Mater Filii sui; ut dignum illi sui habitaculum efficiat mater, ut in quadam ex prædictis suis canit Ecclesia. Quod non obstat quoniam Sanctissima Virgo ab ipso ortu attulerit adeo sanctas dispositiones ad divinam Materitatem, ut dicere possumus, illam promeruisse non quidem merito iustitiae, eo modo quo Sancti se dignos præstant gloria, qua Deus eorum opera bona remuneratur, sed merito convenientiæ; nam licet Materitas divina ceteras superet gratias, & habeat aliquem gradum Sanctitatis, ad quem mera creatura pervenire potest, honorem adeo sublimem exigere non poterat, & tandem sola Dei electio fuit elevationis ejus initium. Tamen sicut hæc electio merito bonitatis Dei consecrata fuit omnibus gratis, que poterant præparare Sanctam hanc Virginem ad tantam dignitatem, illa semet disposuit per fidelissimum usum harum gratiarum, quem facere poterat, ut responderet divinis de se ipsa Consis, quod præstitit, ex quo vivere coepit usque ad momentum, quo Angelus Dei nomine dixit illi, ipsam plenam esse gratia, quasi velle inuere ab illa adimpletam fuisse mensuram gratiarum, quam Deus exigebat tamquam novissimam huic Materitati dispositionem.

Omnis gradus magnitudinis Mariæ ab eius Nativitate sumperit initium, quemadmodum semen arboris continet quodammodo omnem pulcritudinem, & fructum suorum præstantiam. Ita dicere possumus, Mysterium, quod celebrat Ecclesia in honorem beatæ Virginis, simul esse principium, & compendium gloriæ, que in ceteris cunctis Ecclesia quoque comparat Sanctam Virginem non solum Auroræ prodeuntis, sed auroræ progredientis: Quæ est ipsa, quæ progreditur, quasi aurora, conjungens; quoniam gratia hæc nove mensibus creverat per optimum usum illius, quem fecerat. In Mundum ingressa est tamquam Dominæ, cum ceteri ingredientur tamquam captivi; illa ingreditur tamquam Angelorum Regina, quoniam per illam replens sunt sedes, quas horum spirituum rebellio vacuas fecerat; ingreditur tamquam Regina Patriarcharum, & Prophetarum, quo nomine eam vocat Ecclesia, quippe per illam eorum explentur oracula: tamquam Regina Apostolorum, quoniam Nativitas ejus initium præbet Evangelio, quod nunciaturus fuit; tamquam Regina Virginum, quia nascitur in paritate, que est perfectior Angelica; denique tamquam Regina Sanctorum omnium, quia nascitur in statu gratiæ, & innocentie plenitudine.

Quædam est gratia, que merus est effectus divinæ Misericordiae, & que nos prævenit, quin id nos illam mereri valeamus; nec deest alia gratia, cujus usum optimum facere valeamus, & que optimi huius usus est remuneratio. Beatissima Virgo habuit utriusque huius gratiæ plenitudinem de Conceptionis suæ, & Nativitatis. In Conceptione recepit illa quidem gratias prævenientes, que fuerunt merus effectus divinæ Misericordiae; sed gratia, quam in Nativitate recepit, fuit meriti sui remuneratio.

Cum Sanctis Patribus, omnibusque Theologis dicere possumus Sanctam Virginem ideo natam fuisse, ut vitam tribueret Jesu Christo, & ut hic ex illa, & per illam nasceretur. Hæc de causa proculdubio huius festivitatis Evangelicæ postquam accurate recensuit majores Virginis huius, concludit tandem per Jesum Christum, ut inquit hunc finem esse Nativitatis suæ, & hinc ipsam omnem nitorem suum recipere, & si in aliis filiis gloria descendit de patribus in filios, hic per ordinem inversum gloria ascendit a Filio in Matrem; & propter hanc eandem causam Deus miraculosam effudit illius Nativitatem, efficiens, ut nasce-

retur ex parentum suorum sterilitate, non solum, ut ostenderet, ipsam ad magnum aliquid Consilium destinatam fuisse, & sicut Sanctus Joannes Damascenus ait, esset magnum aliquando miraculum: Ut ad mundum omnium caput, via per miracula fieretur; (Damasc. orat. 1. de Nativitate Virginis.) sed etiam, ut esset opus gratiæ, in quo natura modicam sane partem haberet.

Quemadmodum Deus nihil operatur in tempore, quod prius non decreverit in æternitate Consilii sui, cumque creata omnia respiciant divinas ideas tamquam angusta exemplaria, secundum formatam fuerint, ita ut creatura nihil habeant in tempore augmentus eo, quod illis in æternitate constituit; sequitur, si Maria in Dei idea incomparabilis est, & si dedit illi omnem magnitudinem, perfectionem, omneque corporis, & animi prærogativas ad hoc necessarias, ut esset digna Mater Hominis Dei, inferendum esse, in temporalis Nativitatis nil horum ab eo negatum fuisse, & e contra non solum omnes hæc qualitates, talenta, & privilegia fuisse concessa, sed quæcumque erant postulabilia, ut illa secerneret a reliquis creaturis, de quibus non concepit adeo nobilia consilia.

Singularis est gratia Beatae Virginis concessa ab ipsa Nativitate, immo etiam ab eo temporis articulo, quo vitam recepit, obtinuisse usum, & exercitium habituum infusorum, & supernaturalium, quos a Deo bonitate receperat; idque per præcœcum rationis, & libertatis usum, suppletur Deo infirmitati organorum illius; ita ut, quemadmodum Deus in universorum creatione produxit primas arbores fructibus onustas, necnon creavit Angelos, & primos homines in statu perfecto, præditos omnibus qualitatibus naturalibus, & infusus, quæ illis ad agendum erant necessarias, ita voluit Deus, ut Maria eodem tempore sanctificata, quo receperet vitam, haberet usum rationis, & libertatis, & uti posset donis, quæ illi communicabat. Quod efficit, ut in Nativitate sua illa fuerit Sanctior, & meritis ditior, quam fuerat in Conceptione sua, quia per usum donorum, & gratiarum, quas in illa receperat, exercuisset infinitos actus virtutum præstantissimarum.

Esset Matrem, & Regis Matrem esse non est conditio, nec qualitas absolute personis inhaerens, quæ quidem pertinet ad felicitatem, & gloriam earum, quibus id contingit; sed nulla est necessitas, lex nulla, propter quam tales esse teneantur. Hæc qualitas Matris Regis vere qualem illustris est, sed quemadmodum illa, quæ fortuna exultat ad hanc dignitatem vivere possunt, quin sint Matres: ita possunt esse Matres quin sint Matres Regis; qualitas enim Regis nonnulli accidentaliter est erga homines, quos pepererunt. Sed Maria non esset in Mundo, nisi futura fuisset Mater; & nunquam Mater fuisset futura, nisi futura fuisset Mater Dei. Hæc est aurora huius Solis iustitiae, cum aurora necessario pendeat a Sole, & illa formata non sit, nisi ut illum promat ex sinu suo; ita Maria ideo fuit, ut in lucem ederet Jesum Christum, qui ita finis est illius, ut non alium possit habere.

Nobis persuasum esse debet, Dei in Sanctæ huius Virginis Nativitate Consilium non solum fuisse efficiendi illam aliquando Matrem Filii sui, sed etiam dignissimam Matrem, videlicet Matrem, que digna esset; Matrem, que esset perfecta, & in omni perfectionum genere ornatam; qualem expetit dignitas Matris Dei, que ita sublimis existit, & excellens, ut Deus nequeat facere Matrem hac majorem, neque evehere ad altiorem dignitatis gradum meram creaturam, nisi ad hypotheticam unionem attollat. Cum igitur Consilium hoc captum fuerit per divinam Sapientiam, cogitare poteritis, utrum illam oriri volerit itis gratis, & privilegiis præditam, quæ meretur hæc dignitas, cui par nulla est.

Nunquam Deus aliquem attollit ad aliquod munus, quodcumque illud sit, quin simul tradat illi qualitates elevationi ejusdem appositæ secundum illud axioma, cum, qui dat esse, dare etiam ea, quæ ad hoc, ut sit, sunt necessaria; nam exempli gratia, sapienter non ageret, qui magnifici alicujus ædificii graphidem, atque vestigium proponeret, ac illud ex stipulis tantum, & gyppo strueret; qui grande meditaretur opus, & in illo adimplendo decederet eo quod non admodum sollicitus fuisset, ut ea excogitaret media, ut omnia sibi cederent ex voto. Opus igitur, quod minime respondet magnitudini consilii propositi, arguit vel imprudentiam, vel impotentiam, vel nequitiam auctorem illius; imprudentiam quidem, si non satis meditatus est; impotentiam, si exequi non potuit, quod coepit; nequitiam vero, si noluit operi suo eam perfectionem tribuere, quam debebat. Infinita Sapientia! Omnipotens bonitas Dei mei! Suscepit ab æterno Consilium de Maria, fuit illam parentem tuam facere. Hic fuit ille finis quem tibi proposuisti, illam nempe Matrem tuam facere; finis amplissimus, maximeque nobilis, & admirabilis, quem concipere potest; hoc posito, quod nolles supergredi terminos creaturæ. Hinc ergo conjicite, utrum opus sit, ut hic Filius, Sapientissimus, Potentissimus, & Optimus summo nisi teneatur Matrem suam esse dignam præbere? Nonne Filii huius honor agitur, com-

Concessit illi Deus in Nativitate temporali prærogativas, quas ab æterno consilio esse necessarias ad quem illam destinabat.

Singularis Mariæ privilegium obitum ratione & libertate usum consilii habitum infusorum, & supernaturalium, quos a Deo bonitate receperat.

Maria non venit in Mundum nisi Dei Mater futura; hæc est qualitas personalem inhaerens.

Dei mens fuit non solum facienda di. Virginitatem Matrem suam, sed Matrem illi dignissima.

Deus dedit Sanctæ Virginis gratiam, & qualitates necessaria ad futuram dignitatem ad quem illam destinaverat.

municare, quantum fieri potest, divinitatem illi, per quam homo efficiendus est? Ita sane; & huic rationi incumbentes Sancti Patres, atque Theologi Domine nostrae gratiam metuntur, & dicunt admirabilia: aliquid enim tenent, factis probabiliter, gratiam illam non fuisse alius gratias similem, sed peculiaris speciei, sine ulla comparatione majoris, & praestantioris, quam illa sit, per quam efficiuntur adoptivi Dei Filii; & si quarens ex his doctoribus justissimum ordinis ergo ista fit gratia, & quomodo vocanda sit, aut ordinis esse hypostatium, & nomen esse invenendum, quod aliquam habeat proportionem cum dote, quam Pater omnipotens dare debet dilectissima Filia; cum usufructu, quem Filius supremi rerum omnium moderatoris Matri suae dilectissime concederet. Dicam melius; haec illa est gratia, quae fecit Mariam primogenitam Aeterni Patris filiam, quae illi sui contulit, ut Verbi Mater esset, & quae illam dignam reddidit, ut esset Sponsa Spiritus Sancti.

Sanctissima Virgo non omnino fuisset immunis a peccato, neque eam, quae ipsi debebat, libertatem obtinisset, nisi impeccabilis fuisset, aut fructus illius, aut necessaria concomitantia. Ne vobis stuporem incutiat nomen hoc impeccabilitatis. Novi hoc tribuendum, si pressius accipiatur, ad unam pertinere Deum, & Jesum Christum, ad Deum per essentiam, utpote qui est ipsa rectitudo, & omnis rectitudinis norma, quae flecti, & declinare non potest; & Jesum Christum per oppositionem, quam habet peccato per unionem hypostatiam, beatumque statum, qui illi debitus est. Sed novi quoque Filiam Patris Aeterni, Matrem Jesu Christi, Spontam Spiritus Sancti orientem secum tulisse in Mundum privilegium quoddam, quod quocumque nomine vocaturi sitis, ego dicam impeccabilitatem, quia hujus privilegii virtute non solum repta non peccavit, sed moraliter loquendo, ne peccatam quidem habuit peccandi. Albertus Magnus tenet Confirmationem in gratia, in qua erat, & hanc impotentiam peccandi, nequam similem fuisse illi Sanctorum quorundam, simplicem videlicet protectionem Providentiae Dei, quae protectio sitabatur illam adversus objecta, & incursus, qui illam rapere possent ad aliquid minus rectum; sed interdictum aliquid magis naturale, & fulcrum magis intimum, consistens in plenitudine gratiae debitae Dei Genitrici. Sanctus vero Thomas de hac loquitur impeccabilitate, satis ostendit se loqui de quadam impeccabilitate, quae non longe distat ab illa Beatorum; videlicet, quae torquata, & iturba fuit in illa per interiore statum gratiae, & non tanquam immunitatem a peccato, quae esset extra illam per speciem protectionis, & circumvallationis, procedens a providentia grae, quae omnem ab illa tentationem removebat.

Quemadmodum Jesus Christus secundum humanitatem possidet semper gratiam substantialem, quae illum semper egit in hoc ordine, quatin inde potest egredi ne ad unum quidem momentum, neque uno quidem motu; ita Mariam tantum possidet haec gratia Matri Dei, ut nunquam agere potuerit ab ipso primo vitae suae momento ulque ad finem, nisi secundum hanc qualitatem, & deinde cum omnes affectiones, & actiones Jesu fuerint humanitas divinae, omnes actiones Virginis Sanctae fuerunt cum aliqua proportionem ad gratiam, a qua suam mutuatur originem.

Nativitas illud primum est, per quod persona fit nobilis, & quod illam educit ex tenebris, ut eam proferat in hominum lucem. Quamvis recipiamus esse, antequam nascamur, hoc tamen non est nisi incognitum esse, quod fuerit in Nativitate productum, atque tunc juxta personarum qualitatem honoratur. Principium filii, simulac nati sunt, debentur honores congrui magnitudini generis sui, & si Reges futuri sunt, ex illo momento habentur pro Regibus. Statim oculi conjunguntur in id, quod illos magis commendat, & secundum hanc normam metitur honorem, quem illis debemus, & nostrae congratulationis officia. Denique quandoquidem Sancta Virgo in lucem prodire cepit ea die, qua nata est, Nativitatem hanc celebrare debemus secundum ea, quae in hac maxime entescunt; quod quidem est, Nascemur hanc Virgineam futuram esse Verbi Incarnati Matrem, ideoque aequum est, ut reddamus illi honores, qui tantam hanc decent dignitatem. Hoc nobis suadet Ecclesia in hodierna Festivitate. *Gloria Virginis Mariae ortum dignissimum recitamus, quae Dei Genitrici dignitatem obtinuit.*

Sancta haec Virgo nata est ex nobilissima, & vetustissima universi progenie; quia quidem enim sanctus, atque illustris invenitur in Regibus, & Patriarchis veteris Testamenti, occurrit in illius genealogia, quae ut Sanctus quidam Pater ait, incipit a Divinitate, & desinit in Jesu Christi humanitatem; sed post omnia, si quem inde percipit oratum, fatendum est, ipsam longe majorem sine ulla comparatione conferre, quandoquidem est non solum gloria Jerusalem, qui locus est Nativitatis ipsius, & honor domus David, verum etiam humani generis corona. Unde sequitur, ipsam natam esse Regiam, & Mundi Dominam secundum virtutem nominis sui, & Ecclesiae fidentiam, quae illi hunc titulum impertit; & quatenus talem illam colere debemus, & nos beatos censere, si vix-

imus sub imperio ejusdem suavitatis; nam servit illi regere est, egregie dicit Sanctus Anselmus. Ita felix est hora, felix momentum Nativitatis tuae, o Mundi Regina; Felix tibi, felix omnibus hominibus, quoniam ad eorum salutem nata es.

Myfterio non vacat silentium Sacrae Scripturae, quae nihil singulari nos docet de Sanctae Virginis Nativitate, & in recensione genealogiae suae satis esse putat ipsam fuisse conjugem Joseph, & de illa natam fuisse Jesum Christum. Ita enim secundum Scripturarum stylum, quae paucis verbis plura complectuntur, inquit, ad cognoscendas Nativitatis ejusdem prerogativas, scire satis esse illam praedestinatum fuisse, ut esset Dei Mater; inde enim iudicium ferendum est. Sed iudicium quoque, quod inde fit, & cogitatio, quae illinc elicitur, nos jubet confiteri gratias atque favores adeo eminentes, ut illos nunquam crederet possemus, nisi cognosceremus magnitudinem dignitatis Matri Dei, quae tanta est, adeoque sublimis, ut Deus nequeat facere Matrem majorem, neque meram creaturam ad altioris dignitatem evehere. Ita dicimus ex triplici hoc verbo, si illa, uti opus est, ponderare noverimus, liquere, quidquid dicendum est de Sancta Virgine. Quid opus est latius se extendere de omnibus Nativitatis ejusdem privilegiis? Qui dicit, illam esse debere Dei Matrem, dicit omnia.

Si homines tantum pra se ferre consueverunt laetitiam cum filii suo Regi nascuntur, quia ipsi Reges nascuntur, & Domini; mirum esse non debet, Nativitatem Sanctae Virginis tantam peperisse Gelo, ac terribi laetitiam, ut canit Ecclesia; quia factura est Angelorum hominumque Regina; sed multo major esse debet laetitiae causa in Mariae Nativitate, quam in Principum aliorum; laet enim, utrum regnum horum felix sit futurum, an infelix; & fieri potest, ut gratularem de maxima calamitate, quae accideret valeat regioni, videlicet incendi in manus Regis insipientis, ut inquit Scriptura.

Animadvertunt Theologi, Deum tribus uti regulis in gratiarum suarum distributione. 1. Est dignitas personarum, quibus illas concedit; etenim aptare debet gratiam dignitati. Hinc sequitur, quandoquidem Maria superatam erat dignitate ceteras creaturas per Deiparae qualitatem, eas gratia quoque superare debuisset. Altera hujus distributionis regula est amor, quo creaturas complectitur; amorem enim, est velle alicui ea, quae bona sunt; & in Deo, amare, & velle alicui bona, unum & idem est. Si Deus ergo plus dilexit Beatam Virgineam ab ortu ejus, quam aliam quampiam creaturam, illi etiam quam ceteris plures gratias communicavit. Tertia distributionis hujus gratiarum regula est munus, cui singulas destinavit creaturas; sed quodnam majus munus, quam eligi in Matrem Salvatoris, & hoc modo fieri Mundi Redemptricem?

PARAGRAPHUS VI.

De laetitia ex Affectibus, reverentibusque Conclamationibus loci hujus argumenti.

EX omni genere Panegyricarum orationum, de quibus Rethores nobis reliquerunt praecepta, illud proculdubio est difficillimum, quod habetur ad hominum natalium diem celebrandum. Quocumque adfert ingenium, & quocumque dicendi facultas, arduum semper est gloriae laudem assequi in argumento, quod nihil ad dicendum superpedat; laudare enim puerum, quia clarior est ei genitoribus, & parentibus amplissimis, hoc est laudare majorem nobilitatem, atque virtutem, non autem peculiare hominis meritum celebrare. Horoscopus vero detegendis temporibus terere, hoc est multa quidem effutire verba, & mendacia, ut plurimum, venditare. Hoc tamen mihi negotium minime fecerit; & beatae Virginis Nativitas est argumentum, in quo difficillimum est principium, quam exitum invenire. Non ita Auditores; non refarciam Virginis eloquium aliunde petitis laudibus; non exornabo ejus incunabula tropheis tot streuorum ducum, neque capiti ejus imponam coronas David, & salomonis, neque illam induum purpura tot Regum, a quibus originem duxit, inque ejus gloriam extollam honoribus Thirae, summeque Sacrodotii, quod illius avi ultra annos mille possederunt. Præterito illius jura ad Judae regnum, aliaque privilegia, quae probant antiquitatem quadraginta generationibus vetustiorum. Nimis resolget vera gloria, ut aliam extra ipsam inquiramus; vel ut illam emendicemus ab iis rebus, quae non nisi eminus ad ipsam pertinent.

Quocumque invenitur discrimen in hominum conditione, dum vivunt, omnes sunt pares venientes in Mundum. Qui nascuntur in croco, & in purpura, non mitiorem inveniant naturam iis, qui sunt pauperiores. Utrique ex Matrum utero nudi prodeunt, atque certum est ipsos eo temporis momento ex aequo destitutos esse vitae hujus commodis, atque ingenii viribus; nam tandem tituli, quibus per consuetudinem decorantur, & nomina, quae ad arbitrium illis

Cur Evangelium fuisse locum non sine de Nativitate Sanctae Virginis.

Ratio propter quam gaudet Ecclesia in Nativitate Virginis.

Regis quae servavit Deus in gratia, quae fecit Sanctissimam Virginem.

Quocumque invenitur in celebranda summo virorum die natalitia, quia nihil unum potest esse; hoc dicitur de illa, quae nascitur Dei Mater futura.

Omnes homines in ortu pares sunt, & externas adferunt naturam iis, qui sunt pauperiores. Utrique ex Matrum utero nudi prodeunt, atque certum est ipsos eo temporis momento ex aequo destitutos esse vitae hujus commodis, atque ingenii viribus; nam tandem tituli, quibus per consuetudinem decorantur, & nomina, quae ad arbitrium illis

illis imponuntur, si proprie loquamur, illos distinguere nequeunt. Ille Princeps vocatur, hic rusticus, quia ille quidem Monarchae filius est, & hic Agricola: sed praeter quam quod haec qualitates sunt alienae, & accidentales, fieri potest, ut in iis hominibus, & contra humanarum legum dispositionem Agricola Filius aliquando sceptrum gerat, & Regis Filius vomere terram findat. Sed hoc accideri non potest beatissime huic Virgini, quae in lucem prodit amica amplissima dignitate, cui par esse possit simplex creatura, & quamquam ab Anno utero rubeat adhuc, jam possidet admirabile nomen Matri Dei. Dico illam jam possidere: cum enim Deus hoc illi per aeternum, & immutabile decretum illi destinaverit, possessio illius rata, certaue habetur: in communi enim fermone id fatendum censetur, quod verissime faciendum est; & quoniam ab aeterno decrevit Deus, Salvatorem nasciturum ex sacro Matri sinu, nonne dici potest Mariam Matrem esse Salvatoris? & quoniam Matri officium obitura est, nonne haec illi dignitas est defendenda? Idem.

Ignitur Virgineam hanc ab ipso suo Nativitatis exordio jam evertam ad eam dignitatem, cui par esse possit mera creatura; Ecce illam jam sublatam super ea omnia quaecumque in terra magnitudinem habent, imperium, majestatem; ecce illam, quae sola licet, constituit in Mundum peculiarem Hierarchiam. Angeli, Virtutes, Dominationes, Throni, Seraphim, accedite ad honorem Reginae vestrae tribuendum. Vosmet in obsequium compositi proferentiam coram illi incunabulis, desolaminam cum veneratione sacra linteis, quibus est involuta, & tandem quam tantam hanc illi sollicitum invidetis, fateamini eam Matrem esse illius, quibus nominis vos esse famuli, & Ministri. Idem.

Maria Sancta est in Nativitate sua; hoc recens est miraculum, quoniam nihil tale usquam visum, & auditum est: admodum difficile; Deus enim unum illud facere potuit; admodum eximium; quia superat omnes consuetas leges Providentiae. Si Sanctitas deficiunt per immunitatem a peccato, omnes homines ad illam demum nati erant in corruptione; si accipitur pro gratia habituali, nemo adhuc illum secum attulerat: si denique confanditur cum operibus bonis, & meritis, tamquam essentialiter a voluntate profectis, liquet personas sine cognitione, & ratione omnino mereri non posse. Sola Beata Virgo Sancta omnibus hifce modis invenitur veniens in Mundum; & haec nascens aurora simul peccati umbras expellet, rutilat gratiae luminibus, & meritis, virtutibusque coruscet. Idem.

Opera Dei eminent per operibus hominum quodam magnitudinis charactere, qui ipsi proprius est. Hominum opera nonnisi externam habent speciem sine virtute, ac interna soliditate, cum Dei opera, ut plurimum, extrinsecus parum aliquid esse videantur, sed in semetipsis continent infinitam magnitudinem, & ipse gaudet nonnullam re adhuc integra abscondere in oculis Mundi, quae mox factura sunt Caeli, terraeque admirationem. Hinc fit carnis oculis Mariam nascentem intuemur in domo Matris suae, non concipimus sublimem ideam parvulae hujus creaturae, quae Mundo videtur similis filiabus hominum; sed fit oculis fidei inspicitur, haec illa est Virgo per Prophetas praedicta, quae Judae Messiam datura est, & nubes illa, quae Iustum pluere debet; intelligitur decus totum filiae Regis ab intus esse, & quamvis in oculis Mundi non rutilat, esse tamen opus eximium gratiae Dei. Ex sermone MS: *Patris Garnelli ex Augustiniana Familia.*

Mundus in ortu pueri, naturae tantum, vel fortunae bona considerat; ut palpat ambitionem illius, si capax esset, vel saltem illam parentum illius, quae quidem est magna. De generatione in generationem altius ea peuntur, quae exornare valent illius incunabula nobilitate majorum, & saepe ut in vanitatis trophaeam convertant argumentum decoreis, educunt puritatem ex rivo, qui de corrupta origine manat, perinde ac splendidissima qualibet natiuitas, non esset semper turpis, cum sit nequam. Omnes nascuntur peccatores, & indigent gratia Salvatoris: *Omnes peccaverunt, & egent gloria Dei, (Ad Rom. 8.)* Apostolus inquit; & perinde ac filii Adam, qui in pauperiem incidere per primi parentis peccatum, possent haurire gloriam suam ex sanguine corrupto, donec nobilitentur per gratiam Jesu Christi; qui ex Judae maxime callebant annalia Synagoga, respicere poterant Mariam in Nativitate suae, tamquam puellam natam ex Patriarcharum, Prophetarum, Regum Israel, ac Summorum legis Pontificum semine, quorum finguli totidem erant insignium encomiorum argumenta: Sed domus suae lapsus, & plebeja conditio gloriae majorum videbatur officere. Nesciant fortasse, Deum permisisse idem fortunarum suarum exanitionem, ut tanto magis extolleret opus gratiae suae; quod sit enim vacuum esse Mundi hujus substantia illum, qui replendus est Dei donis; & saepe deficientis fortunae naufragium, est dispositio ad obtinendas Caeli benedictiones. Ita Deus non respicit in Maria hoc magnitudinis, nobilitatis, & omnia sine gratia nullius erant meriti, quia minime perhibebat, quominus (non secus ac plures e sua progenie)

Houdry Bibl. Conc. Theol. de Mystra. Tom. III.

reprobarentur. Honores, & opera hujus Mundi peccatoribus aequae, ac Iustis communes sunt. Maria distinguenda est bonis gratiae, quae sunt ordinis superioris; & ille, qui infinite super omnia Mundi magnalia excellit, vult eam in paupertate, & humilitate nasci, quam cupit attollere super omnia opera sua per gratiae suae magnificentiam. Idem.

Maria in hanc lucem prodeunte, ostendit Dominus in illa gratiae suae largitatem. Dicere audeo, Judae colles illi fuisse recentem Paradisum, ubi coruscabat originalis Iustitiae fulgoribus, perfectioribus cumulata. Sancta eo in statu, quo infantes alii sunt nequam; illustrata luminibus eo tempore, quo alii in tenebris ignorantiae versantur; libertatis suae domina, dum alii servantur cupiditati. Tale est discrimen inter Filiam Dei, & reliquos filios hominum. Heu! miramur videretur alicui, Deum plures contulisse gratias illi, quam destinabat futuram Filii sui Matrem, quam Patriarchis, & Angelis? Ah! proculdubio illam exultul supra celsissima montium cacumina. *Fundamenta ejus in Montibus Sanctis.* Preventa gratia simul, ac in natura formata, est in possessione Dei ab initio vitarum suarum; Dei est, antequam sui. Hic efficit Nativitatem illius so mirabiliorum, quo majoribus nitet privilegiis; cum e contra ideo misera est nostra, quia in Mundum ingredimur tamquam in terram maledicti obnoxiam, & quae, quae vitam nobis conferre videtur, mortem infert. Idem.

Maria in lucem edita immunis a peccato, & effectibus peccati non sentiebat sicuti nos fatalem hanc membrorum legem adeo oppositam legi Dei, quae efficit, ut iustissimum quique gemat sub pondere carnis semper rebellis Spiritui. Non obnoxia certaminibus illis, in quibus homo idem modo victor est, modo victus, ea gaudet malicia, quam cupiditatem procella perturbare non possunt. Cupiditas, quae nascitur cum nobis, ut nos ad mortem usque in malum impellat, in illa mortua est, antequam nasceretur, & non prohibet, quominus integrum sit anima suae tenere in Deum toto vitae suae spatio; dices, illam diversae naturae esse a nostra, immunem ab infirmitatibus nostris, passionum suarum dominam, libertam a servitute filiorum Adam, in cordis sui innocencia cum hac Sancta libertate ambulare. Nativitas nostra, Fratres, hac non gaudet prerogativa, quia peccatrix est. Heu! Nascimur in peccatis, in tenebris ignorantiae, & in cupiditatum servitute. Idem.

Nativitas Sanctae Virginis est velut signum nostrae regenerationis: *Hodie nata est illa per quam omnes renascimur,* inquit Petrus Damiani; & prima natiuitas nostra infelix est, quatenus filiorum Adam, quia omnia gestant lineamenta peccati protoparentis sui. Secunda natiuitas nostra gloria est, quatenus sumus Filii Jesu Christi, gessantes Salvatoris vestigia; gratiam, quae denuo in nobis delineat fidei lumina; gratiam, quae nobis tribuit libertatem filiorum Dei. Ita Pater Celestis cogere voluit eos, quos fidei in filios adoptat, ut lesse praebant conformes Sanctitati Filii sui, vult illos Spiritualem renasci in Ecclesia, quemadmodum facere vult, ut temporaliter nascatur Jesus Christus de Maria. Quapropter Sanctus Augustinus eos, qui baptizantur, appellat filios *Natoc*, & concepti in vera Ecclesia. Sed plerique non intelligunt virtutem divinae hujus Nativitatis, quia in regenerationis Sacramento non respiciunt nisi visibilem ablutiois caeremoniam, non autem invisibilem fidei actionem, quae imprimit in anima Christiani characterem; per quem pertinet ad Jesum Christum jure eo, quod alienari non potest, & tamquam nova creatura, quae Sancta esse debet, quia illi profus est consecrata. Idem.

Intelligitissime, Christiani, hanc gratiam adoptionis, quae vobis tribuit jus vocandi Deum Patrem vestrum, Mariam Matrem vestram, & fratrem vestrum Jesum Christum; sustinetis ne divinas has qualitates Sanctitatis vitae vestrae Vera Christiani nobilitas est, Dei Filios esse; qualitas haec omnem complectitur; sed illam intelligunt pauci, pauci servant, pauci vivunt, ut decet Filios Dei. Vir nobilis designatur a genere suo degenerare; & Christianus non erubescit degenerare a Nativitate adeo divina per vitam proflus animale, & carnalem, reversus in lutum originis suae, & in primas tenebras! alias conquinari eratis, Apostolus ait: *Sed ablati estis, sed sanctissimi estis!* (1. Ad Cor. 6.) Alias eratis tenebrae, nunc autem lux estis in Jesu Christo; quia gratia regenerationis effundit lumina profus divinus in animam Christianorum, qui egressi de nocte infidelitatis, ut ingrediantur in lumen fidei, cum sint filii lucis, abrenunciare debent operibus tenebrarum, ita ut vita eorum debeat esse lumen coram Deo, & coram hominibus: *Ut filii lucis ambulato.* (Ad Ephes. 5.) Denique haec vestrae regenerationis gratia conterit vincula originalis peccati, & conterit nobis libertatem filiorum Dei, & haec libertas secundum S. Augustini doctrinam in hoc sita est, ut criminibus careat. *Vera libertas est carere criminibus.* Idem.

Magna afficitur laetitia in Principium Virorum nativitate, tamen peccatores oriuntur, ut ceteri, atque ideo laetitia causa nobis damnat, ut non secus, ac ceteri fiat miseri. Videntur est, nobis quae.

Differencia inter Mariae, aliorumque Natiuitatem.

Mariae certa est immunis a peccato, & effectibus peccati, sicuti nos fatalem hanc membrorum legem adeo oppositam legi Dei, quae efficit, ut iustissimum quique gemat sub pondere carnis semper rebellis Spiritui.

Nativitas Sanctae Virginis est velut signum nostrae regenerationis: Hodie nata est illa per quam omnes renascimur, inquit Petrus Damiani; & prima natiuitas nostra infelix est, quatenus filiorum Adam, quia omnia gestant lineamenta peccati protoparentis sui.

Excelsissima gratia livi- ne adoptionis, & quam sustinere debemus ad exemplum Mariae.

Nativitas Mariae illi quidem laetitia causa nobis damnat, ut non secus, ac ceteri fiat miseri. Videntur est, nobis quae.